

Caspar March

**Programma Quo Universitatis Rostochiensis Rector Caspar March/ D. Med. & Math. Pr. P. Ad coherestandas Exsequias quas ... Agnetae Eggebrechts ... Danielis Michaelis ... Viduae, Matri suae Carissimae ... Daniel Geißmar ... Hodie ... paratas cupit Omnes omnium ordinum cives Academicos ... invitat : [P.P. sub Sigillo Rectoratus. Die XIX. Iulii Anno 1664.]**

Rostochii: Kilius, 1664

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn770465730>

Druck    Freier  Zugang



M a r c h, C.,  
in  
**A. E g g e b r e c h t,**  
**uxor. D. Michaelis.**  
Rostock. 1664.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn770465730/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770465730/phys_0003)





PROGRAMMA 118.

Quod  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
RECTOR  
**CASPAR MARCH / D.**

Med. & Math. Pr. P.

*Ad cōbōnēstandas Exsequias*  
quas

*Piissimæ omnigenaq; Virtutis laude cūmūlatissima*  
*Matrone*

**AGNETÆ Eggebreghts/**  
*Viri Admodum Reverendi, Amplissimi & Excellentissimi*  
**DN. DANIELIS MICHAELIS,**

*S. Th. D. & in hâc Academiâ Profess.*  
quondam meritissimi Viduæ,

*Matri suæ Carissimæ*  
*Vir Prudentissimus ac Spectatissimus*

**DN. DANIEL Geishmar**  
Civis in hâc urbe primarius.

*Hodie hora I. in Aede Mariana paratas cupit*  
*Omnes omnium ordinum cives Academicos eâ quâ*  
*par est humanitate invitat.*



**ROSTOCHII,**  
Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr. Anno 1664.

GRAMMATICA  
UNIVERSITATIS ROSTOCENSIS  
REGIA  
CAPSARIA  
Med. & Phys. Fac.  
diss  
AGNETE Eddinger  
DANIELIS MICHAELES  
T.P.D. in p[ro]f[ess]o Academij P[ro]logi  
DANIELI GRILLI  
Chritij p[ro]p[ter]a imp[er]ium  
Q[ui]cum c[on]summatur o[mn]is Agathizone a d[omi]no  
In e[st]e p[ro]missione iuravit  
Johannes OCHS  
Anno 1700





# I. N. J. C.



Ix dum hebdomas una  
præteriit, Cives honoratissimi;  
quô parentatus sum nostrô mo-  
dô Fœminæ Nobilissimæ, in ipso  
flore ætatis, præmatura ut vi-  
debatur morte extinctæ, & ec-  
ce scribendum mihi denuò Fu-  
nerale aliquod in honorem ulti-  
mum Matronæ piissimæ pariter, sed multum proiecti-  
oris ætatis & vitæ jam satis saturæ. Hic mihi de con-  
grua funeralis alloquii materia sollicito opportunè  
incidit ex sacra historia exemplum illud *Naëmi Iraeli-  
tice*, quod primo capite libri Ruth expressum legitur,  
& præsenti casui non inconcinné applicari posse vide-  
tur. De eanoscere Textus sacer informat, quod una cum  
*Marito Elimelch* & filiis duobus extra patriam pere-  
grinata fuerit in terram Moabiticam, plena bonis &  
verè Naëmi, h. e. amœna jucundaque; sed vacua bo-  
nis, afflictaque & humiliata à Deo redierit Bethleum,  
quare Mara deinceps hoc est amara, quam Naëmi ap-  
pellari maluerit. Suggerit hoc exemplum ansam con-  
tem-

templandi proprietates & fortunas Christianarum Matronarum, quales & piè defunctæ nostræ non defuisse constat passim, & ex deinceps dicendis constabit luculentius. Oriunda erat Naëmi ex populo DÆI electo Israelitico, Nomen ei Naëmi, personæ ac statui ejusdem, ut salent pleraque in sacris expressa, convenientissimum: Amæna enim vere erat & jucunda; Jucunda DÆO, Conjugi, Proximo, & sibimet ipsi: DÆO ob pietatem, Conjugi perfidem & obsequium, Proximo per humanitatem & amorem, sibi ipsi ob tranquillitatem animi felicissimam. Pietas elucet ex eo, quod et sine necessitate coacta unà cum suis transferit ad Moabitas, habitare tamen perpetim noluerit cum infidelibus, sed ut interesset iterum sacrato DÆI populo properaverit, vers. 6. tum quod DÆO soli acceptam rulet restitutam Patriæ fortunam meliorem. Ita enim textus vers. eodem: audierat, quod respexit Domini nus populum suum, & dedisset eis escas; forteisque quam ipsa postmodum adversam experta fuit, à DÆO pariter sibi immissam agnoverit, & quidem ex amore, in bonum quippe finem, scilicet, ut humiliaret eam. Nempe id ipsa fatetur v. 7. Egressa sum, inquiens plena, & vacuam reduxit me DOMINUS. Cur ergo vocatis Naëmi, quam Dominus humiliavit & afflxit Omnipotens. Conjugalem fidem testata est, quod patriâ domô, & agnitorum jucunda familia relictâ, Marito constans adhæserit, promtèque quorsum ipse voluit unà abierit, etiam ad exteris & quasi in exilium. Humanitas & pius

*E*pis in Proximum Amor ex ipsa pariter historia sa-  
cra colligitur, à vers. 8 ad 14. usque, namque & solatio  
insigni fuisse legitur filiorum suorum viduis, & commi-  
seratione seria dolores ipsarum quasi suos (v. 13.) fecisse;  
Quodq; ex infidelium utut genere Israelitis inimico  
fuerit, osculo tamen charitatis eas non dignata fue-  
rit, quin & gratiam ac misericordiam Divinam & fe-  
licitatem in nubendo ulteriore eis apprecedando, ani-  
mitus benedixerit, & nurum alterutram salutari de-  
inceps consilio foverit, uti habetur c. 2. Nec dubium,  
quin & larga liberalisq; fuerit erga indigentes, quam  
diu in lautiori vixit fortuna, cum ex retributione illa,  
quam Divina ei concessit Providentia (vid. cap. 2.) col-  
ligere vi verbi sacriliceat, aliis eam fecisse prius, quod  
factum ipsimet fuit postmodum. Quām  
jucunda deniq; sibi ipsi, constanti animi tranquillitate fue-  
rit, judicamus ex eo, quod, cum prospera & adversa,  
pariter divinitus sibi obtigisse agnoverit, non potuerit  
non in apprehensa Coelestis Patris voluntate sub quo vis  
Fortunæ statu svaviter acquiescere; quæ felicitas est  
inæstimabilis, jucunditatem habens sociam, cui nulla  
ex omni deliciarum genere unquam poterit compa-  
rari. Fuit ergo verè tum RE tum Nomine NAEML.  
Sed MARA tamen appellari maluit, ut commone-  
sierent hâc appellatione familiares sui, quantum mu-  
tata redierit in Patriam, & Israeliticæ, quæ tum sola  
vera erat, Ecclesiæ sacra, nempe non quemadmodum  
egressa erat, Amoena, plena bonis, dulci Conjugis am-  
plexu gaudens, & bigâ filiorum, qualium magna,

tunc

tunc temporis erat æstimatio, tantum non superbiens;  
Sed amaritudine repleta, & afflita ab omnipotente,  
vacua bonis ob moram in terra peregrina diuturnio-  
rem facile consumtis, ( adeo ut collectis à Nuru in a-  
gro spicis indeque excussis granis sustentari non eru-  
buerit ) orbata marito, & liberis, adeoque externo  
solamine quasi penitus destituta.

Habetis, Amicissimi, satis absolutam, piæ, lauda-  
bilisque Mattonæ delineationem. Est enim *laus ma-*  
*gnæ cuivis*, vel in externo veræ Ecclesiæ cœtu natum,  
esse, cum maximam probabilitatis præsumptionem  
inferat, consecratum DEO in prima infantia hominē,  
precibusque piorum eidem commendatum haut fa-  
cile destitutum fore S. Spiritus gratia & regimine, nisi  
pertinaci ipse malitia oblugetetur, quod utique præsu-  
mi non debet, priusquam manifestis animadver-  
tatur indiciis. *Laus maior*, si sic bene nata Fœmina,  
*Naëmi* reapse cluat, & amena commendabilisque vere  
sit DEO, *Coniugi & Proximo*, inque istâ vitæ integri-  
tate & Conscientiæ Pace, *secum ipsa vivat quam* ma-  
xime contenta. Nempe DEO sincera fide pietate-  
que adhærens, & si interesse cogatur necessitate qua-  
dam Mundo, quem malignantium Deoque & piis ini-  
micorum, qua partem maximam, Cœtum esse eheu!  
constat, non participare tamen debet ejusdem vitiis,  
sed ea deplorans, exitum subinde parare & instru-  
ere ex ista nequissima Sodoma, ac de cætero in volun-  
tate DEI benionissima ( quamcunque fortunam expe-  
riri

riri, & sive illecebras sentire voluptatum, sive tentationem amaritudines contigerit ) ad salutem suam omnia directura constanter acquiescere. *Maritum* ubi nacta fuerit, hunc constantiamore complectens, datum matrimonii fidem sanctissime colere, nulli se praeterea communem, immo ne familiarem nimis reddere debet, cavendo juxta Apostoli monitum vel speciem mali; Dissolutionem insuper Conjugii sacerrimi nec causari nec petere aut procurare, immo ne admittere, sed voluntatem suam in licitis & DEO non adversis voluntati Capitis sui semper & ubique submittere. Erga proximum humanitatis & Charitatis Christianæ laude clarere, fas est ut studeat; Liberis ~~eternis~~ amoris debitā semper exhibendo, cum agnatis bonisque omnibus amicitiam & pacem colendo, nævos & vitia proximi cuiusvis pia commiseratione tolerando, corrigendo, apud DEUM devotis suspiriis expiandō, gratiam & misericordiam Divinam appreciandō, omnibusque adeo in universum benefaciendo, verè jucunda Næmi apparere & esse allaborabit. Talis ubi extiterit, in isto virtutum Christianorum cumulo velut summi Boni particeps, ~~eternis~~ ipsa sibi erit, & in jucundissima animi tranquillitate, vel cœlo ipso jam tum in terris perfrui censebitur. Quod si denique juxta imperscrutabilem Divini amoris abyssum id hisce supervenerit, ut amaritudine repleta a Domino subtractaque marito, liberis, bonisque externis, quibus abstrahi forsitan ab amore DEI, aut distrahi saltem aliquoties potest

potest, afflcta & ad extremum humiliata, verè *Mari*  
appellari exoptet & mereatur; salvâ nihilominus *Nao-*  
*mī* realitate; hæc sanè *Lans* erit omnino maxima, cui  
nulla in hac vita fieri potest accessio. In hoc enim  
statu *securissima* redditur certissimæ adoptionis apud  
**DEUM**, & dilectionis in summo constitutæ, non qui-  
dem juxta *senum* in Carne, sed juxta *Fidem* in Spi-  
ritu, quæ in ejusmodi exinanitione à Flamine S. veris-  
simè et si in scintillula vix sensibili conservatur, infalli-  
biliq; Verbi Divini veritati constantissimè innititur,  
passim nos informantis, quod fieri non possit, ut DEO  
singularissimè dilecti sint extra tentationes, quodque  
per tribulationes innumeræ in regnum Gloriæ, ex in-  
ferno ad Cœli infinita gaudia, suos deducere DEO sit  
usitatissimum. Atq; hanc laudatissimæ Matronæ de-  
lineationem ne quis forte saltem *beauit*, juxtanu-  
dam quandam Idæam, formari existimet, en vivax &  
memoriâ nunquam excutiendum Exemplum in piè  
demortuâ nostrâ **A GNETA Eggebrechts** / duo-  
rum successivè Conjugum maritâ, bis Viduâ, enco-  
miô publico dignissima. *Nata* illa fuit Wismariæ  
Annô hujus seculi secundô, 10. die Maij, ex Parentibus  
Orthodoxæ Religioni addictis. *Pater* ei existit, **Vir**  
**Nobilissimus**, **Amplissimus** & **Consultissimus**, **DN.**  
**DANIEL Eggebrecht J U D.** Assessor quondam Judi-  
cii Provincialis, quod Sternbergæ fuit, gravissimus, &  
in Urbe Wismariâ per 28. annos Consul meritissimus.

*Mater*

Mater verò Honestissima, omniq; Virtutum ge-  
nere commendatisima Matrona AGNETA  
Schmiedes ex antiquâ nobiliq; familiâ originem  
ducens. Avum Paternum habuit Virum Amplis-  
simum & Jurisperitum DN. NICOLAUM Eg-  
gebrecht/ in exercitiō Juris Præticō Wismariæ suō  
tempore clarum. Aviam Maternam, Feminam  
laudatissimam MARGARETAM Hornefferin.  
Avum Maternum Virum Spectatissimum & In-  
tegerrimum DN. BRANDAN Schmied/  
Civem & Mercatorem Wismariensem primari-  
um. Aviam Maternam, lectissimam & Chri-  
stianarum virtutum laude cumulatissimam,  
AGNETAM Krügers / ex antiquâ pariter  
prosapiâ oriundam. Proavus Paternus fuit Vir  
Prudentissimus OTTO Eggebrecht/ Civis &  
inter Panni Confectores Wismariæ Senior, cui  
id singulare ex DEI gratiâ obtigisse accepimus,  
ut vigesimum septimum ultra Centesimum etatis ani-  
num assequutus fuerit. Proavia Materna, Hone-  
stissima virtutibusq; variis decoratisima AN-  
NA Parums. Proavus Maternus, Vir Amplis-  
simus DN. JOACHIMUS Schmied, Consul  
Reip. Patriæ Wismariensis gravissimus. Proavia  
Materna, Pudicissima & Laudatissimi nominis  
Matrona AGNETA Gladowen/ filia Viri Am-  
plissimi DN. HENRICI Gladowen/ Consulis  
B Wisma-

Wismariensis meritissimis ultimoq; Vidua clarissimi DN. JOHANNIS PEGELII. His orta Majoribus nostra AGNETA Eggebrechts/ tertio post ortum die per ordinarium Sacri Baptismatis medium Christo insita fuit, & communica quasi a Parentibus piissimis virtutum semina egregie fovens, accidente sedula domesticæ informationis curâ, uti ætate ita & virtutum omnigenarum ornamenti crevit, & tandem rei familiaris gubernatione egregie docta, ac plenissime Viro matura, Anno 1527. sic disponente Fati benignitate, consensu suorum, nupsit Viro Amplissimo ac Prudentissimo DN. NICOLAO Geßmer Senatori Rostochiensi laudatissimo. Cui constanti & qualem supra descripsimus fide conjugali per integrlos XVII annos adhæsit, jucundaq; omnino extitit Naëmi, unde & matrimonium istud non sine singulari DEI benedictione fuit, cum præter rei familiaris incrementa DEUS ipsis largitus fuerit Filium, unicum quidem, cœtrum prudentiâ, & elegantissimorū morū concinnitate hodiè commendatissimum DN. DANIELLEM Geßmer, qui carissimæ Matris funus decenti modo luctu prolequitur; Qui cum Anno 1652. 19. Octobris matrimonio sibi junxit Leotissimam Feminam MAGDALENAM Wulfrathes/ Amplissimi DN. Senatoris DIETERICI Wulfrathen

14

rathen filiam, id gaudii contulit Matri piissimæ, ut  
videre ipsi licuerit tres elegantissimos nepotes,  
**NICOLAUM DIETRICH, AGNETAM HE-  
DEWIG & MARTINUM ALEXANDRUM,**  
citò mundi vitiis ereptos, & jam in Paradiso ovan-  
tes. Cœterum dissolutò hoc primò Defunctæ no-  
stræ matrimonio, Anno 1664. in Viduatu perma-  
nit ultra 6. annos, inq; istò solitario statu D E U M  
seriò coluit, Proximum amavit, eiq; doctrinā,  
precibus, solamine & auxiliō, abunde profuit,  
Factum deinceps Divinā Providentiā, ut Anno  
1690. honestis Viri Admodum Reverendi Amplis-  
fimi & Excellentissimi, DN. DANIELIS MI-  
CHAELIS, SS. Th. D. & Profess. Ducalis in hâc  
Academiâ clarissimi desideriis non defutura, nu-  
ptias cum eō inerit secundas, die 24. Maij, quō  
cum pariter concors, jucundumq; coluit conjugi-  
um, sed breve saltem, & sine prole. Orbata enim  
Maritô carissimô fuit exeunte Anno 1652. ac rùm se-  
cundâ vice Vidua, solitudinem istam utilissi-  
mam ad Pietatis studia experta est, quibus adeò  
deinceps dedita fuit, ut erudire, subortò sibi in-  
dies majori in spiritualibus lumen, alios, & exem-  
plò suavissimè ad exercitia similia pertrahere po-  
tuerit; sicq; jucunda omnino D E O N aëmi appar-  
ruit; Sed ne quid beatitudinis deesset Crucem  
quoq; singularem ei immisit Paternus D E I Amor,  
quan-

quandoquidem Annō 1661. exeunte, post aliquos  
Capitis dolores , videndi potentiam ei sensim  
subtraxit , & totali deinceps cecitate affixit, in  
quō statu certe cum Nāēmi nostrā merito se ama-  
ritudine repletam à Domino exclamavit; perq;  
vices ignita tentationum spicula & interna S. Spi-  
ritūs solamina experta est. Fecit interea quæ de-  
bebat, Filius, præter Experientiss. Dn D. JOH. BACK-  
MEISTERI Collegæ mei conjunctissimi consilia con-  
tinua, etiam celeberrimi Chirurgiæ D. FABRICII  
operam adhibens, sed in vanum, quia contrā Con-  
silium DEI, fuit laboratum. Unde tandem mœ-  
rore fracta, viribusq; indies exhau stis, intra ædes  
earissimi Filii, in quas, ubi malum insuperabile  
videbatur, ipsam æquissimā curā receperat; infi-  
de constans animam placide exhalavit, die 14. Ju-  
lii, in secundō anni ætatis sexagesimi tertii mense.

Nostræ modò partes sunt, Cives optimi, ut lauda-  
tissimæ huic, & qua singularē quoddam Pietatis, &  
matronalium Virtutum exemplar extitit, Matronæ,  
honorem ultimum promptissimi exhibeamus, ac de-  
centifrequentiæ exequias hasce cohonestando,  
lugentifamilia affectum simul nostrum  
contestemur. ss syndicatu oīq  
sq P.P. sub Sigillo Rectoratus. Die XIX. Julii  
Anno 1664.

Conventus fiet in Aede Mariana horâ I.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn770465730/phys\\_0017](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770465730/phys_0017)

DFG








Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn770465730/phys\\_0020](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770465730/phys_0020)



rathq; filiam, id gaudii contulit  
videre ipsi licuerit m̄es elegan-  
**NICOLAUM DIETRICH, A-**  
**DEWIG & MARTINUM A-**  
cīto mundi vitiis ereptos, & jam i-  
tes. Cōterūm dissolutō hōc pri-  
strāe matrimonio, Anno 1664. in  
fit ultra 6. annos, inq; istō solita-  
seriō coluit, Proximum amavi  
precibus, solamine & auxiliō,  
Factum deinceps Divinā Provi-  
1650. honestis Viri Admodum R-  
fimi & Excellentissimi, DN. D.  
**CHAE LIS, SS. Th. D. & Prof.**  
Academiā clarissimi desideriis n-  
ptias cum eō inerit secundas,  
cum pariter concors, jucundum  
um, sed breve saltem, & sine pr-  
Maritō carissimō fuit exeunte An-  
cundā vice Vidua, solitudine  
mam ad Pietatis studia experta  
deinceps dedita fuit, ut erudire  
dies majori in spiritualibus lumin-  
plō suavissimē ad exercitia simili-  
tuerit; sicq; jucunda omnino D-  
ruit; Sed ne quid beatitudin-  
quoq; singulare mei immisit Pat-



imæ, ut  
epotes,  
**M HE-**  
**RUM,**  
o ovan-  
Etæ no-  
erman-  
**EUM**  
Cetrinā,  
rofuit,  
r Annō  
Amplif-  
**I S MI-**  
s in hâc  
ra, nu-  
j, quō  
onjugi-  
ta enim  
rūm se-  
utilissi-  
as adeò  
sibi in-  
exem-  
ere po-  
i appa-  
rucem  
Amor,  
quan-